liqua aut̄ sermonū ioathan t̄ oēs pugne eius  
t̄ opa scripta sūt in libro regū isrl̄ t̄ iuda. Gi-  
gintiannoī annoī erat cum regre cepisset t̄ se-  
decim annis reguit in hierlm̄. Dormiuitq; ioa-  
than cū prib⁹ suis: t̄ sepelierūt eū in ciuitate  
dauid: t̄ reguit achas filiū ei⁹ p̄ eo.

**I**gintiannoī annoī erat achas cum regre  
cepisset: t̄ sedecim annis regnauit in  
hierlm̄. Nō fecit rectū in cōspectu do-  
mini: sicut dauid p̄af eius: sed ambulauit in  
vīs regū israel: insup t̄ statuas fudit baalim  
Ipse est qui adoleuit incēsum in valle hēnon  
t̄ lustrauit filios suis in igne iuxta ritū gētiū  
q̄s interfecit dñs in aduētu filiorum isrl̄. Sa-  
crificabat q̄ t̄ thymiamā succendebat in ex-  
cessis t̄ in collibus: t̄ sub om̄i ligno frondoso  
Tradiditq; eū dñs de⁹ eius in manu regis sy-  
rie: q̄ p̄cussit eū magnāq; p̄dam cepit de eius  
impio: t̄ adduxit in damascū. Manibus q̄  
regis isrl̄ traditus est t̄ p̄cussus plaga grandi  
Occiditq; phacee filius romelle de iuda cētū  
viginti milia in die yno oēs viros bellatores  
eo q̄ reliquissent dñm deū patriū suorum. Eo  
dem ipse occidit zechā yir potēs ex ephraim

S 2

# Paralipomenon

maasiam filium regis: et ericam ducem domum eius  
helchanam quod secundum a rege. Leperuntque filii  
israel de fratribus suis ducenta milia mulierum  
puerorum et pueri in infinita perdam: proptulerunt  
quod eam in samariam. Ea tempestate erat sibi propheta  
domini nomine obed: quod egressus obuiam exerci-  
tui venienti in samariam: dixit eis. Ecce iratus  
domus deus patrum vestrorum contra iudam tradidit  
eos in manibus vestris: et occidistis eos atrociter:  
ita ut ad celum pertingeret vestra crudelitas.  
Insuper filios iuda et hierusalem vobis subi-  
cere iuberis et ancillas: quod nequaquam factum est  
est peccatis enim super hoc dominum deo vestrum. Sed  
audite consilium meum: et reducite captiuos quos  
adduxistis de fratribus vestris quod magnus fu-  
tor dominus imminet vobis. Steterunt itaque viri de  
principibus filiorum ephraim: azarias filius iohanan  
barachias filius mosollamoth. Ezechias  
filius sellum et amasias filius hadalt: contra eos  
qui veniebat de silio: et dixerunt eis. Non intro-  
ducetis huc captiuos: ne peccemus domino  
Quare vultis adducere super peccata nostra:  
et vetera cumulare delicta? Grande quippe  
peccatum est: et ira furore domini imminet super  
israel. Dimiseruntque viri israel bellatores perdam: et  
vniuersa queceperant coram principibus et omnibus  
multitudine: steteruntque viri quos supra memorauimus:  
et apprehendentes captiuos omnes qui nudi  
erant: vestierunt de spoliis. Tunc vestissent  
eos et calcassent: et reficiunt cibo ac potu: yn-  
gissentque propter labore: et adhibuissent eis cui-  
ram: quocunq; ambulare non posuerant: et erat  
imbecillo corpore: imposuerunt eos iumentis: et  
adduxerunt hiericho ciuitatem palmarum ad fra-  
tres eorum: ipsorum reuersi sunt in samariam. Tunc il-  
lo misit rex achas ad regem assyriorum: postulans  
auxiliu. Veneruntque idumei et percosserunt  
milites ex iuda: et ceperunt perdam magnam. Phi-  
listum quoque diffusum sunt per urbem capitestres et ad  
meridiem iuda: ceperuntque bethlames et abi-  
lon et gadiroth: socho quoque et dannan et ganzo  
cum viculum suum et habitauerunt in eis. Humilia-  
uerat enim dominus iudaei propter achas regem iuda  
eo quod nudasset eum auxilio et contempnui habuisse  
deum: adduxeruntque contra eum theglaphazar  
regem assyriorum qui et afflixerunt eum: et nullo resisten-  
te vastauit. Tunc achas spoliata domo domini et  
domo regum ac principum dedit regi assyriorum mu-  
nera: et in nihil ei perficit. Insuper tunc angustie  
sue auxit contemptum in deum. Tunc se rex achas  
immolauit deum damasci victimas percosse-  
ribus suis: et dixit: deus regum syrie auxiliatur  
eis quos ego placabo hostiis: et aderunt mihi: cum econtrario ipso fuerint ruine ei et vniuer-  
so israel. Precepit itaque achas oibus vasis do-  
mus dei atque confractis clausit ianuas templi

dei et fecit sibi altaria in vniuersitate angulis hiera-  
rusalem. In omnibusque urbibus iuda extre-  
xit aras ad cremandum thus: atque ad iracundiam  
puocauit dominum deum patrum suorum. Reliqua at  
monum eius et omnia operum suorum portum non  
uissimus scripta sunt in libro regum iuda et  
israel. Dormiuitque achas cum patribus suis: et se-  
pelierunt eum in civitate hierusalem. Neque enim rece-  
perat eum in sepulchro regum israel Reguauitque  
ezechias filius eius pro eo.

XIX

Tunc ezechias regnare cepit cum virginis  
tunc esset annorum: et vigintinouem  
annis regnauit in hierusalem. Nomina ma-  
tris eius abia filia zacharie. Fecitque quod erat  
placitum in conspectu domini: iuxta oiam que fecerat da-  
uid pater eius. In anno et mense primo regni  
sui aperuit valvas domus domini: et instruauit  
eas: adduxitque sacerdotes atque leuitas: et con-  
gregauit eos in platea orientalem: dixitque ad  
eos. Audite me leuite et sanctificamini munda-  
te domum domini dei patrum nostrorum: et auferite  
omne immundicia de sanctuario. Deccauerunt  
patres nostri: et fecerunt malum in conspectu domini  
dei nostri derelinquentes eum: auerterunt facies  
suas a tabernaculo domini dei nostri: et prebue-  
runt dorsum: clauerunt ostia que erant in portico  
et extinxerunt lucernas: incensumque non adole-  
uerunt: et holocausta non obtulerunt in sanctu-  
ario deo israel. Concitat est itaque furore domini su-  
per iudeam et hierusalem. Tradiditque eos in con-  
ditionem et in interitum et in sibilum sicut ipsi cerni-  
tis oculis vestris. En corruerunt patres nostri gla-  
diis: filii nostri et filii nec et coniuges captiue-  
ducti sunt propter hoc scelus. Nunc ergo placet  
mihi ut in eam fedus cum domino deo israel: et auer-  
tet a nobis furorem ire sue. Filii mei nolite negli-  
gere. Eos elegit dominus: ut stetis coram eo: et mi-  
nistretis illi colatisque eum: et cremetis ei in censu-  
sum. Surrexeruntque leuiti: maath filius amasias  
et iobel filius azarie de filiis caath. Porro de filiis  
merari cis filius abdai et azarias filius iacob  
lebel. De filiis autem gerson: ioha filius iemna:  
et eden filius loaha. At vero de filiis elisaphan  
samri et iahibel. De filiis quoque asaph: zacha-  
rias et mathanias: necnon et de filiis heman: ia-  
habel et semei. Sed et de filiis idithum: semei-  
as et ozihel. Congregaueruntque fratres suos: et  
sanctificati sunt: et ingressi sunt iuxta madaum  
regis et imperium domini ut expiarerent domum dei.  
Gacerdotesque ingressi templum domini ut sancti-  
ficaret illud extulerunt omnem immundiciam quae  
introductione reppererant in vestibulo domus domini  
quae tulerunt leuite et asportauerunt ad torrentem  
cedron foras. Leperunt autem prima die men-  
sis primi menses: et in die octauo eiusdem menses  
ingressi sunt porticus domus templi domini:

explauerūtq; templum diebus octo: et in die sextadecima mensis eiusdem quod ceperat impleuerūt. Ingressi q; sunt ad ezechiam regē: et dixerunt ei. Sanctificabim⁹ oēm domū dñi et altare holocausti: vasa q; eius: necnō et mēsam ppositiōis cū oībus vasis suis: cunctam q; templi suppellectilem quam polluerat rex achas in regno suo postq; p̄uaricat⁹ est: et ecce exposita sunt omia corā altari domini. Consurgētq; diluculo ezechias rex: adunauit oēs p̄ncipes ciuitatis: et ascēdit in domū domini: obtulerūtq; sil thauros septē et arietes septē: et agnos septē: et hircos septē: p̄ peccato: pro regno: p̄ sanctuario: pro iuda. Dixitq; sacerdotibus filiis aaron: vt offerrent super altare dñi. Hactauerūt igit̄ tauros: et suscepserunt sanguinē sacerdotes: et fuderunt illū sup altare. Hactauerūt etiā arietes: et illorū sanguinem sup altare fuderūt. Immolauerūt agnos et fuderunt sup altare sanguinē. Applicuerunt hircos p̄ peccato corā rege et vniuersi multitudine. Imposuerūtq; man⁹ suas sup eos: et immolauerūt illos sacerdotes et aspergēt sanguinem eorū coram altari p̄ piaculo vniuersi israelis. Pro omni qui p̄pe israel preceperat rex vt holocaustū fieret p̄ peccato. Constituit q; leuitas in domo dñi cum cymbalis et psalteriis et cithari s̄m dispositionē dauid regis et gad vi dentis et nathan pphete. Hicdem dñi preceptū fuit p̄ manū pphatarū ei⁹. Steteruntq; leuite tenētes organa dauid: et sacerdotes tubas et iussit ezechias vt offerrent holocausta sup altare. Cunq; offerren̄ holocausta ceperūt laudes canere dñi et clāgeretur atq; i diuersis organis q; dauid rex isrl̄ reggererat con crepare. Omniā turba adorāte: cātores et hi q; tenebāt tubas erāt in officio suo donec completeret holocaustū. Cunq; finita esset oblatione incurvatus est rex et oēs q; erant cū eo: et adorauerūt. Precepitq; ezechias et p̄nceps leuitis vt laudarēt dñm simonib⁹ dauid et asaph vidētis q; laudauerūt deū magna leticia et incurvato genu adorauerūt. Ezechias autem etiā hec addidit. Implesisti manus vras dñi accedite et offerte victimas: et laudes i domo dñi. Obtulit g; vniuersa mltitudo hostias et laudes et holocausta: mēte deuota. Horro nūerus holocaustorū q; obtulit mltitudo: hic fuit lauros seraginta: arietes centū: agnos ducentos: sanctificauerūtq; dñi boves sexcentos et oves tria milia. Sacerdotes vero pauci erant nec poterāt sufficere vt pelles holocaustū detrahēret. Unū et leuite fratres eorum adiuuerūt eos: donec implereb⁹ op̄ et sanctificaren̄ antistites. Leuite q; faciliiori ritu sanctificat⁹ q; sacerdotes. Fuerūt g; holocau-

sta plurima: adipes pacificorū et libamia ho locauitorū: et cōpler⁹ est cultus dom⁹ dñi: letatusq; est ezechias et om̄is p̄plus: eo q; ministeriū domini esset expletū: de repente qui p̄ hoc fieri placuerat.

XXX

**D**icit q; ezechias ad omnē isrl̄ et iudā scripsitq; ep̄las ad ephraim et manassest vt venirent ad domū dñi in hierusalem et facerent phase dñi do israel. Initio g; consilio regis et p̄ncipū et vniuersi cer̄ hierlm decreuerūt vt facerent phase mense secundo. Non enim occurrerat facere in tempore suo quia sacerdotes q; possent sufficere sanctificati non fuerant: et p̄ls nondū congregatus fuerat in hierlm. Placuitq; primo regi et oī multitudini et decreuerūt vt mitteret nūcios in vniuersum isrl̄ de bersabee vscq; dan: vt venirent et facerent phase dño deo isrl̄ in hierlm. Multi em̄ nō fecerāt sicut in lege p̄scriptū est. Perrexerūtq; cursorēs cū ep̄stolis ex regis imperio et p̄ncipū eius. I vniuersum isrl̄ et iudā iuxta id qđ rex iussērat p̄dicantes. Filii isrl̄: reuertim̄ ad dñm deū abraam et ysaac et isrl̄: reuerte ad reliqias que effugerūt man⁹ regis assyriorum. Nolite fieri sicut p̄r̄s v̄ri et fratres: qui recesserūt a dño deo patrū suorum: et tradidit eos in interitū: vt ip̄i cernitis. Nolite iudicare cœrūces vestras sicut patres v̄ri. Tradite manus v̄ras dñi: et venite ad sanctuarium ei⁹ qđ sanctificauit in eternum. Seruite dño deo patrum v̄rōz: et autē avob̄ ira furoris eius. Si em̄ vos reuersi fueritis ad dñm: frēs v̄ri et filii habebūt misericordiam corā dñis suis. q; illos duxerūt captiuos et reuertēt in terram hāc. Nius enim et clemens est dñs deus v̄r̄: et nō auertet faciē suam a vobis: si reuertiſſuerit ad eū. Igis cursorēs p̄gebant velociter de cuitate in ciuitatē: p̄ terrā ephraim et manasse vscq; ad zabolon: illis irridētibus et subfiantibus eos. Attamē qdā v̄ri et aser et manasse et zabolon ac̄descentes p̄filio: venerunt hierlm. In iuda vero facta est man⁹ dñi vt dare eis cor vnu: vt faceret iuxta p̄ceptū regis et p̄ncipū x̄bum dñi. Congregatiq; sūt in hierusalem populi mlti: vt faceret solemnitatem azymorū in mēse secundo. Et surgētes destruxerūt altaria q; erāt in hierlm atq; vniuersa in q; bus idolis adolebat incensum subū tentes p̄icerūt in torrentem cedron. Immolauerunt autē phasē q̄rtadecima die mensis secundi. Sacerdotes q; atq; leuite tandem sanctificati obtulerūt holocausta in domo dñi: steteruntq; in ordine suo iuxta dispositionē et legē moyis hōis dei. Sacerdotes vero suscipiebat esfūdēdum sanguinē de manib⁹ leuitar̄: eo q; multa turba sanctificata nō esset: et idcirco immola-

S 3

# Paralipomenon

rent leuite phase his q̄ nō occurrerāt sanctificati dño. **M**ag etiā ps populi de ephraim et manasse et ysachar et zebulon q̄ sanctificata nō fuerat comedit phase: nō iuxta qđ scriptū est et orauit p̄ eis ezechias dices. Dominus bonus ppiciab̄ cū t̄l qui in toto cordere q̄runt dñm dñi patrū suorum et nō imputabit eis q̄ min⁹ sanctificati sunt. Quem exaudiuit dñs: et placatus est p̄lo. **F**ecerūtq̄ filii israel q̄ inuenti sunt in hierūn solēnitatē azymorum septem dieb⁹ in leticia magna: laudātes dñm p̄ singlos dies: leuite q̄z et sacerdotes per organa q̄ suo officio cōgruebat. Et locutus est ezechias ad cor oīm leuitarū: q̄ habebant intelligentiā bonā sup domio: et comedērunt se p̄tem diebus solēnitatis īmolantes victimas paciforū et laudātes dñm dñi patrū suorū. **P**lacuitq̄ vniūse multitudini vt celebrarent etiā alios dies septem: qđ et fecerūt cū ingeniti gaudio. Ezechias aut̄ rex iuda p̄buerat m̄ltitudini milie tauros: et septem milia ouium. Principes ḥo dederant p̄plo tauros mille: et oues decem milia. Sanctificata est ḡ sacerdotum plurima m̄ltitudo: et hilaritate p̄fusa oīs tūrba iuda: tam sacerdotū et leitarum q̄z vniūse frequē: ie q̄ venerat ex isrl̄: p̄selitorum q̄z de terra isrl̄ et habitantū in iuda. **F**actaq̄ est grādis celebritas in hierlm̄: q̄lis a diebus salomonis filij dauid regis israhel in ea vrbe non fuerat. Surrexerunt autem sacerdotes atq̄ leuite benedicentes populo: et exaudita est vox eorū: peruenitq̄ oratio in habitaculū sancti celi.

XXXI

**C**inq̄ hec fuissent rite celebrata: ingressus est omnis israel qui inuentus fuerat in omnibus vrbib⁹ iuda et fregérunt simulachra: succenderuntq̄ lucos: demoliti sunt excelsa: et altaria destruxerūt: non solum de vniūso iuda et beniamin: sed et de ephraim q̄z et manasse: donec penitus euerteret. Reuersi q̄z sunt oēs filij in possessiones et ciuitates suas. Ezechias aut̄ cōstituit turmas sacerdotales et leuiticas p̄ diuisiones suas vnu quēq̄ in officio p̄prio tam sacerdotū videlicet q̄z leitarum ad holocausta et pacifica: vt ministraret et cōfiterent: canerentq̄ in portis castrorū domi. **P**ars aut̄ regis erat vt de p̄pria eius suba offerret holocaustum mane sp̄ et vespe: sabbatis q̄z et kalendis et solennitatibus ceteris: sicut scriptum est in lege moysi. Precepit etiā p̄lo habitantū hierlm̄ vt darent partes sacerdotibus et leuitis: vt possent vacare legi dñi. Qđ cum p̄crebruisset in auribus m̄ltitudinis: plurimas obtulere p̄mittias filij isrl̄ frum̄ etiā vini et olei: mellis q̄z et omniuz q̄gignit hum⁹ decias obtulerūt. **H**z et filij i-

rael et iuda q̄ habitabāt in vrbib⁹ iuda obtulerūt decias bosū et ouū: decimasq̄ sanctorū q̄ voverāt dño deo suo: atq̄ vniūsa portates fecerūt aceruos plurios. **D**ense tertio ceperūt aceruoū iacere fundamēta: et mēse septimo cōpleuerūt eos. **L**ūq̄ ingressi fuissent ezechias et p̄ncipes ei⁹: viderūt aceruos et bñdixerūt dño ac p̄plo isrl̄. Interrogauitq̄ ezechias sacerdotes et leuitas cur ita iacerent acerui. Rñdit illi azarias sacerdos prim⁹ de stirpes adoch dicēs. Ex quo ceperūt offerrī p̄mitie in domo dñi: comedim⁹ et saturati sumus et remāserūt plurima: eo q̄ bñdixerit dñs populo suo. Reliquiarū aut̄ est copia ista quam cernis. Precepit igit̄ Ezechias vt p̄parent horrea in domo dñi. Qđ cum fecissent intule rūtam p̄mitias q̄z decimas et q̄cūq̄ voverāt fidelit. Fuit aut̄ p̄fectus eorum chonenias leuita: et lemei frat̄ eius secūdūs: post quē iehiel et azarias et naad et asabel et hierimoth. iozabat q̄z et elihel et iesmachias et maah et banaias p̄positi sub manib⁹ chonenias et semel fratris ei⁹ ex imperio ezechie regis: et azarie pontific dom⁹ dñi: ad q̄s' oīa p̄tinebat. Chōre ḥo filius iemma leuites et ianitor orientalis porte p̄positus erat his q̄ sp̄ote offerebantur dñi: p̄mitis et p̄secratis in sanctas sanctorum et sub cura ei⁹ eden et beniamini: iesuc et semelias Amarias q̄z et sechenias i ciuitatib⁹ sacerdotum: ut fidelit distribueret fratrib⁹ suis partes minorib⁹ atq̄ maiorib⁹: excepti maribus ab annis trib⁹ et supra: cunctis q̄ ingrediebant templū dñi. Et qcqd p̄ singulos dies conducebat i ministerio atq̄ ofuatiōib⁹ iuxta diuisiones suas: sacerdotib⁹ p̄ familias et leuitis a vicesimo āno et supra p̄ ordies et turmas suas: vniūseq̄ multitudini tam vrorib⁹ q̄ libe‐ris eorum vtriusq̄ seruus fidelit cibi de his q̄ sanctificata fuerat p̄bebāt. **H**z et filioꝝ aaron p̄ agros et suburbana vrbiū singularū dispossitterat viri q̄ partes distribueret vniuerso sexu masculino: de sacerdotibus et leuitis. Feicit ḡ ezechias vniūsa que diximus in oī iuda opatusq̄ est bonū et rectū et verū coram dño deo suo: in vniūsa cultura misterij domus dñi iuxta legē et ceremonias: volēs req̄rere deum suū in toto corde suo. **F**ecitq̄ et p̄sp̄erat⁹ est.

**D**ist q̄ et huiuscemodi ve- XXXII  
p̄ritatem venit sennacherib rex assirio rum et ingressus iudā obsedit ciuitates munitas: volēs eas cape. Qđ cū vidisset ezechias venisse. s. sennacherib et totum bellum impetu verti contra hierlm̄ initio cū p̄ncipib⁹ cōsilio virilisq̄ fortissimis vt obturaret capita fontiū qui erāt extra vrbem et hoc omniū decernente shia: cōgregauit plurimā multitudi-

nem: et obturauerunt cunctos fontes: et riuum quod fluebat in medio terre dicentes. Ne veniant reges assyriorum et inuenient aqrum habundantiam. Edificauit quod agens industrie oem murum quod fuerat dissipatus: et extruxit turres desuper: et fornicatus alterum murum. Instaurauitque mellitus in ciuitate dauid: et fecit vniuersi generis armaturam et clypeos. Constituitque principes bellatorum in exercitu: et conuocauit vniuersos in platea porte ciuitatis: ac locutus est ad cor eorum dices. Virilis agite et fortamini: nolite timere nemus paucus regem assyriorum et vniuersam multitudinem quod est cum eo. Multo enim plures nobiscum sunt quod cum illo. Cum illo enim est brachium carneum. nobiscum dominus deus noster qui auxiliator est noster: pugnatus per nos. Confortatusque est propter hunc modum vobis ezechie regis iuda. Que postquam gesta sunt: misit sennacherib rex assyriorum suos suos in hierusalem (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat lachis) ad ezechias regem iuda et ad omnem platem quod erat in urbe dices. Hec dicit sennacherib rex assyriorum. In quo habentes fiduciam: sedet obsecsti in hierusalem. Num ezechias decepit vos: ut tradat morti in fame et siti: affirmans quod dominus deus vestris liberet vos de manu regis assyriorum? Nunquid non iste est ezechias qui destruxit excelsa illius et altaria et precipit iudee et hierusalem dices: coram altari uno adorabitis: et in ipso ciburetis incensum? An ignoratis quod ego fecerim: et pres mei cunctis terrarum populis? Nunquid proualuerunt deo gentium omnes terrarum liberare regionem suam de manu mea? Quis est de vniuersis diebus gentium quod vestiatur patres mei qui potuerit eruere plenum suum de manu mea: ut possit etiam deus vestris eruere vos de hac manu? Non vos quod decipiatur ezechias: nec vanam persuasione deludatur: neque creditis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regionum liberare plenum suum de manu mea et de manu patrum meorum: consequenter nec deus vestris poterit eruere vos de hac manu. Sed et alia multa locuta sunt serui eius contra dominum deum: et contra ezechiam seruum eius. Epistlesque scripsit plena blasphemie in dominum deum israel et locutus est ad dominum eum. Sicut dicit gemitum certarum non potuerunt liberare plenum suum de manu mea: sic et deus ezechie eruere non poterit populum suum de manu ista. Insup et clamore magno lingua iudaica contra plenum quod sedebat in muris hierusalem pronabat: ut terrorret eos et caperet ciuitatem. Locutusque est contra deum israel: sicut aduersum deos plororum terre opera manus hominum. Prauerunt igitur ezechias rex et esaias filius amos prophetes adulum haec blasphemiam ac vociferati sunt versus in celum. Et misit dominus angelum suum: qui percussit oem virum robustum et bel-

latorum et principem exercitum regis assyriorum: et uersusque est cum ignominia in terram suam. Cumque ingressus esset domum dei sui: filii qui egressi fuerant de vetero eius interfecerunt eum gladio. Saluauitque dominus ezechiam et habitatores hierusalem de manu sennacherib regis assyriorum et de manu oim: et protulit ei quod est per circulum. Multi etiam deferebant hostias et sacrificia domino in hierusalem: et munera ezechie regi iuda. Qui exaltatur est post hec coram cunctis gentibus. In diebus illis egrotauit ezechias uersus ad mortem: et orauit dominum. Exaudiuitque eum: et dedit ei signum: nonne iuxta beneficia quod accepit retribuit ei: quod eleuatum est cor eius. Et haec acta est contra eum ira et contra iudicium et hierusalem. Humiliatusque est postea eo quod exaltatum fuisset cor eius: tam ipse quod habitatores hierusalem: et idcirco non venit super eos ira domini in diebus ezechie. Fuit autem ezechias diuines et incliter valde: et thesauros sibi plurimos congregauit argenti et tauri: et lapidis preciosi: aromatum et armorum vniuersi generis et vasorum magni pretiosum: apothecasque frumenti vini et olei et psepiam oim iumentorum: caulasque per coribus et urbes sex edificauit. Habebatque greges ovium et armamentorum innumerabiles: eo quod deisset et dominus sbam in loca nimis. Ipse est ezechias qui obturauit supiorum fontes aquarum gyon: et auertit eas subter ad occidentem urbem dauid. In oib' opibus suis fecit psepium voluit. Atque in legatione principium babylonis quod missi fuerant ad eum ut interrogaret de portento quod acciderat super terram dereliquerat eum dominus: ut temptaret et nota fieret oia quod erat in corde eius. Reliquum autem monum ezechie et misericordiarum eius scripta sunt in visione esiae filii amos prophetae: et libro regum iuda israel. dormiuitque ezechias cum proximo suis: et sepelitur eum supra sepulchra filiorum dauid. Et celebrauit eius ezechias vniuersus iuda: et oes hitatores hierusalem regnauitque manasses filius eius per eum. Quedi anno erat manas: XXXIII

**D**ies cum regre cepisset: et quod gitaque in annis reguit in hierusalem. Fecit autem malum coram domino iuxta abominationes gentium quod subiit dominus coram filiis israel: et conuersus instaurauit excelsa quod demolitum fuerat ezechias patet eius: et construxit aras baalim et fecit lucos et adorauit oem militiam celi: et coluit eam. Edificauitque altaria in domo domini: de qua dixerat dominus: in hierusalem erit nomen meum in eternum. Edificauit autem ea cunctio exercitui celi in duabus atris domini: transversaque fecit filios suos per ignem in valle behennon. Observabat somnia sectabat auguria: malefici artibus inserviebat. Habebat secum magos et incantatores: multaque mala operatur in coram domino ut irritaret eum. Sculptileque et constatile signum posuit in do-

# Paralipomenon

mo dñi de qua locutus est dñs ad dauid et ad salomonem filium eius dicēs. In domo hac et in hierlm quā elegit de cūctis tribub⁹ isrl ponaz nomē meū in sempiternū: et mouere nō faciaz pedē isrl de terra quā tradidi patribus eoz ita dūtaxat si custodierint facere q̄ p̄cepi eis cunctāq̄ legē et ceremonias atq̄ iudicia que mādaui p̄ manū moysi. Igī manasses seduxit iudā et habitatores hierlm ut faceret malum sup oēs gentes q̄s subūterat dñs a facie filiorū isrl. Locutusq̄ est dñs ad euz et ad populū illius: et attēdere noluerūt. Idcīcosu perinduxit eis p̄ncipes exercit⁹ regis assyriorum: ceperūtq̄ manassen et vincut⁹ cathenis atq̄ cōpedibus duxerunt in babylone. Qui postq̄ coangustatus est oravit dñm deū suū et gerit penitentiā valde corā deo patrū suorū. Hēpcatusq̄ ē eū et obsecrauit intente et exaudiuit orōnē eius: reduxitq̄ eū in hierlm in regnum suuz: et cognouit manasses q̄ dñs ipse esset deus. Post hec edificauit murū extra ciuitatem dauid ad occidētē gyron in qualleab itroitu porte pisciū p̄ circuitū vscq̄ ad ophel et exaltauit illū vehemēter. Constituitq̄ p̄ncipes exercitus in cūctis ciuitatibus iuda munitis et abstulit deos alienos et simulachrum de domo dñi: aras q̄s q̄s fecerat in mōte domus dñi et in hierlm: et piecit oīa extra vrbez. Porro instaurauit altare domi: et immolauit sup illud victimas et pacifica et laudez: prece pitq̄ iude et seruiret dño deo isrl. Attamen adhuc ipsius immolabat in excelsis dño deo suo. Reliq̄ autē gestorū manasse et obsecratio eius ad deū suū yba q̄s videntiū q̄ loquebantur ad eū in nomine dñi dei isrl: p̄tinēt in sermonibus regū isrl. Oratio q̄s eius et exauditiō et cūcta peccata atq̄ p̄temp⁹: loca etiā in q̄bus edificauit excelsa et fecit lucos et statuas aīq̄ ageret pniam: scripta sunt in s̄monibus ozai. Dormiuit ḡ manasses cū p̄rib⁹ suis et sepelierūt eū i domo sua: regnauitq̄ p̄ eo filius eius amon. Vixitq̄ annoꝝ annorum erat amon cū regnare cepisset: et duobus annis regnauit in hierlm. Fecitq̄ maluz in conspectu dñi sicut fecerat manasses p̄t eius: et cunctis idolis q̄ manasses fuerat fabricatus imolauit atq̄ seruivit: et non est reuerit faciē dñi sicut reuerit est manasses p̄t ei⁹: et multo maiora deliquit. Lunq̄ coniurassent adūlus eū serui sui interfecerūt eū in domo sua porro reliqua populi m̄ltitudo cessib⁹ q̄ amon p̄cussērāt astiuit regē iostā filiū ei⁹ p̄ eo.

**O** Et annoꝝ erat iostas cū regnare ce pisset: et trīginta et uno anno regnūt in hierlm. Fecitq̄ qđ erat rectū in p̄spe cū dñi: et ambulauit in vijs dauid patris sui

nō declinauit neq̄ ad dexteram neq̄ ad sinistrā. Octauo autē anno regni sui cū adhuc esset puer: cepit q̄rere deum patris sui dauid et duodecio anno postq̄ regnare coperat mūdauit iudam et hierlm ab excelsis et luci simulachrisq̄ et sculptilib⁹. Destruixerūtq̄ coram eo aras baalim: et simulachra que supposita fuerā demolita sunt. Lucos etiam et sculptilia succidit atq̄ cōminuit: et sup cumulos eorum q̄ eis immolare cōsueuerāt fragmēta dispersit. Ossa p̄terea sacerdotū cōbussit in alta ribus idolorū: mūdauitq̄ iudā et hierusalem. Sed et in vrbibus manasse et ephrai et symeo vscq̄ neptalm cūcta subuertit. Lunq̄ altaria dissipasset et lucos et sculptilia contriuisset frusta: cūcta q̄s delubra demolit⁹ esset de vniuersa terra israel: reuersus est in hierusalem. Igī anno octauodecimo regni sui mundata tam terra et tēplo domini: misit saphan filium ezechie et māsiām p̄ncipem ciuitatis et ioha filium ioachas acōmentarij ut instaurarent domū domini dei sui. Qui veneūt ad helchias sacerdotē magnū: acceptaq̄ ab eo pecunia q̄ illata fuerat in domū dñi: et quā congregauerant leuite et ianitores de manasse et ephrai et vniuersis reliquijs isrl ab omni q̄s iuda et beniamin et habitatorib⁹ hierlm: tradiderūt i manibus eorū q̄ p̄erant oparij in domo domi ut instauraret templū: et infirma q̄s sartiret. At illi dederūt eam artificibus et clementarij ut emerēt lapides delapidinis et ligad commissuras edificij et ad p̄tignatiōē domoz q̄s destru rerāt reges iuda. Qui fidelis cūcta faciebant. Erāt autē p̄positi opantiū iadab et ab dias de filiis merari: zaharias et mosollam de filiis caath q̄ v̄gebāt opus: oēs leuite scientes organis canere. Sup eos yō q̄ ad diūlos v̄sus onera portabāt: erant scribe et mḡri de leuitis ianitores. Lunq̄ efferrēt pecuniam q̄ illata fuerat in templū domini reperit helchias sacerdos librū legis domini q̄ dar⁹ fuerat p̄ manū moysi: et ait ad s̄aphā scribam. Librum legis inueni in domo dñi. Et tradidit ei. At ille intulit volumē ad regē et nuncianit ei dicens: omnia q̄ dediststi in manu suo tuo rum ecce cōplent. Argentū qđ reptum est in domo dñi: flauerūt: datūq̄ est p̄fectis artificiū: et diūla oīa frabricatiū: p̄terea tradidit mihi helchias sacerdos hūlibrū. Que cūre ge p̄nter recitasset: audissetq̄ ille yba legis: scidit vestimenta sua: et p̄cepit helchies et achian filio saphan et abdon filio micha saphā q̄ scribe et asiae suo regi dicēs. Te et adorate dñm p̄ me et p̄ reliquijs isrl et iuda: sup vniūsis sermonib⁹ libri istius qui reptus est. Agnus eū furor dñi stillauit sup nos: eo q̄ nō custo-

dierint patres nři yba dñi: vt faceret omnia q̄ scripta sunt in isto volumine. Abiit ḡ h̄elchias et hi q̄ illi missi a rege fuerant ad oldani p̄phetē vxorē sellū filij thechuath filij aras, custodis vestitū: q̄ habitabat in hierlm̄ i secula: et locuti sunt ei yba q̄ supra narrauimus. At illa r̄ndit eis. Hec dicit dñs deus israel. Vcite viro q̄ misit vos ad me hec dicit dñs Ecce ego inducā mala sup locum istū et super habitatores eius cūcta q̄ maledicta q̄ scripta sunt in libro b̄: quē legerūt corā rege iuda: q̄ dereliquerūt me et sacrificauerūt dñs alienis ut me ad iracundiā puocaret in cūctis operibus manuū suar̄. Idcirco stillabit furore meo sup locum istū: et nō extinguef. Ad regē autē iuda qui misit vos p̄ dño de p̄cado sic loqui mini. Hec dicit dñs deus isrl̄. Quoniam audiisti yba volumis atq̄ emollium est cor tuūz et humiliatus es in cōspectu dñi sup his q̄ dicta sunt cōtra locum hunc et habitatores hie rusalē: reueritusq̄ faciē meā scidisti vestimenta tua et fleuisti coram me: ego q̄ exaudiui te dicit dñs Jam em̄ colligaz te ad patres tuos et inferreris in sepulchrum tuū in pace: nec vi debūt oculi tui omne malum q̄d ego inductus sum sup locū istū et sup habitatores ius. Reulerūt itaq̄ regi cuncta q̄ dixerat. At ille cōvocatis vniūsis maiorib̄ natu iuda et hie rusalē ascendit in domū dñi: ynaq̄ oēs viri iuda et habitatores hierlm̄ sacerdotes et leuite et cunctus p̄ls a minimo usq̄ ad maximū. Quibus audientibus in domo dñi legit rex omnia yba voluminis: et stās in tribunali suo p̄missit sedis corā dño ut ambularet post eū et custodiret p̄cepta et testimonia et iustificationes eius in toto corde suo: et in tota anima sua: faceretq̄ q̄ scripta sunt in volumine illo q̄d legerat. Adiurauit q̄ sup b̄ oēs q̄ reperti fuerant in hierlm̄ et beniamin et fecerunt habitatores hierlm̄ iuxta pactū dñi dei p̄m suo rum. Abstulit ḡ iosias cūctas obominatiōes de vniuersis regionib̄ filioz israel: et fecit omnes qui residui erant in israel seruire domino deo suo. Cūctis diebus vite ei⁹ nō recesserunt a domino deo patrum suorum.

XXXV

**E**cit aut̄ iosias in hierlm̄ phase dño: quod imolatū est quartadecima die mensis p̄mi. Et cōstituit sacerdotes i officiis suis: horatulusq̄ est eos ut ministraret in domo dñi. Leuitis q̄ ad quoq̄ eruditio nem omis israel sanctificabat dño: locut̄ est Ponite arcā in sanctuario templi quod edificauit salomon filius dauid rex isrl̄. Nequaq̄ em̄ eā ultra portabitis. Nūc ergo ministrate dño deo vestro et populo eius isrl̄: et p̄parate vos p̄ domos et cognationes vestras in diuis-

sionib̄ singulorū sicut p̄cepit dauid rex isrl̄: et descripsit salomon filius eius: et ministrare i sanctuario per familias turmasq̄ leuiticas: et sanctificati immolate phase. Frēs etiā v̄ros ut possint iuxta yba que locut̄ est dñs in manu moyisi facere: p̄parate. Dedit p̄terea Iosias omni poplo q̄ ibi fuerat inuenit in solennitate phase agnos et bedos de gregibus et reliqui pecoris: triginta milia: boum q̄ tria milia. Hec de regis vniūsa substātia. Duces q̄ ei⁹ sponte qd̄ vouerant obtulerūt tam populo q̄ sacerdotib̄ et leuitis. Porro helchias et Zacharias et iehihel p̄ncipes dom⁹ dñi dederūt sacerdotibus ad faciendū phase: pecora cōmixtum duo milia sexcenta et boues trecentos. Chonencias aut̄ et semieas etiam et thanael fratres eius: necnō asabias et Jabi hel et iozabad p̄ncipes leuitar̄: dederūt ceteris leuitis ad celebrandum phase: qnq̄ milia pecorū: et boues qngentos. P̄paratumq̄ est ministeriū et steterūt sacerdotes in officio suo. Leuite q̄ in turmis iuxta regis imperiū et immolatū est phase. Asperserūtq̄ sacerdotes man⁹ suas sanguine: et leuite detraxerunt pelles holocaustorū: et sepauerūt eavit daret p̄ domos et familias singulor̄: et offerrent domino sicut scriptū est in libro moyisi: de bob⁹ q̄ fecerūt similē. Et assauerunt phase super ignē: iuxta qd̄ in lege scriptum est. Pacificas yō hostias coxerūt in lebetis et cacabis et ollis et festinato distribuerūt vniūsiplebi: sibi autem et sacerdotib̄ postea parauerūt. Nam in oblatione holocaustor̄ et adipum usq̄ ad noctem sacerdotes fuerunt occupati: unde et leuite sibi et sacerdotibus filiis aaron parauerūt nouissimis. Porro cātores filii asaph stabat in ordine suo iuxta p̄ceptū dauid et asaph et eman et ydithum p̄pheterū regis dauid. Janitores yō q̄ portas singulas obseruabāt ita ut nec puncto qdem discederent a ministerio. Quāobrem et fratres eorū leuite parauerunt eis cibos. Omnis igit̄ cultura domi rite completa est in die illa ut facerent phase: et offerrent holocausta sup altare domi iuxta preceptum regis iose. Fecerūtq̄ filii isrl̄ q̄ reperti fuerāt ibi phase in tpe illo et solennitatem aymorū septē diebus. Nō fuit phase sile huic i isrl̄ a diebus samuelis p̄phē: sed nec q̄s q̄ de cunctis regib̄ isrl̄ fecit phase sicut iosias sacerdotibus et leuitis et omni iude et isrl̄ qui repertus fuerat et habitantib̄ in hierlm̄. Octauodecimo anno regni ioseph hoc phase celebra tum est. Postq̄ instaurauerat iosias tēplum ascendit nechao rer egypti ad pugnādū i car chamis iuxta eufraten: et processit in occursum ei⁹ iosias. Ille missis ad eū nunc̄s ait. Quid

# Paralipomenon

Michi et tibi rex iuda? Nō adūsus te hodie ve  
nio. sed cōtra aliam pugno domū ad quā me  
deus festinato ire p̄cepit. Nō sine adūsum deū  
facere qui mecum est: ne interficiat te. Noluit  
Iosias reūi sed p̄parauit contra eū bellū: nec  
acq̄euit f̄monibus nechao ex ore dei: verum  
prexit ut diuinaret in campo mageddo. Ibi  
q̄ vulneratus a sagittariis dixit pueris suis.  
Educite me de p̄lio: q̄ opido vulnerat' sum  
Qui transtulerūt eū de curru in alterū currū  
q̄ se q̄baſ eū more regio: et asportauerūt eum  
in hierlm. Mortuusq; est et sepultus in ma-  
soleo patrū suo: et vniuersus iuda et hierlm  
luxerūt eū: hieremias maxie: cuius oēs cāto  
res atq; cantatrices vscq; in p̄sentē diē lamen-  
tatiōes sup iostam replicat: et q̄s lex obtinuit  
in isrl. Ecce scriptū est in lamētationib?. Re-  
liqua aut̄ f̄monū iostie et misericordiarū eius  
que lege p̄cepta sunt dñi: opa q̄ illius prima  
et nouissima: scripta sunt in libro regū iuda et  
israel.

XXXVI

**T**ulit ḡ p̄ls terre ioachas filium ioseph  
et cōstituit regē p̄ p̄re suo in hierusa-  
lem. Vigintitriū ānorū erat ioachas  
cū regre cepisset: et tribū mēsib⁹ reguit in hie-  
rusalē. Amouit aut̄ eū rex egypti cū venisset  
in hierlm et dēnauit terrā centū talentis ar-  
gēti et talēto auri. Cōstituitq; p̄ eo regē elia-  
chim fratrē eius sup iudaz et hierlm: et vertit  
nomē eius ioachim. Ipm̄ x̄o Joachas tulit  
secū et adduxit in egyptū. Vigintiq; anno-  
rū erat ioachim cū regnare cepisset: et vndeci  
annis reguit in hierlm. Fecitq; malum coraq;  
dño deo suo. Cōtra hūc ascēdit nabuchodono-  
nosor rex chaldeorū: et vincitū catherinis dux-  
it in babylonem: ad quā et yasa dñi transtulit  
et posuit ea in tēplo suo. Reliq; aut̄ yboū io-  
achim et abominationū eius q̄s opa' est et q̄  
inuenta sunt in eo: p̄tinens in libro regū iuda  
et israel. Regnauit aut̄ ioachim fili⁹ eius p̄  
eo. Octo annoz erat ioachim cū regnare ce-  
pisset et tribus mēsib⁹ ac decē dieb⁹ regnauit  
in hierlm. fecitq; malū in cōspectu dñi. Cūq;  
anni circulus volueret: misit nabuchodonosor  
rex nuncios: qui et adduxerunt eū in baby-  
lonem: asportatis sil̄ p̄ciosissimis vasis dom⁹  
domi. Regē x̄o p̄stituit sedechiā patrū ei⁹  
sup iudā et hierlm. Viginti et vnius anni erat  
sedechias cū regnare cepisset: et vndeci anni  
regnauit in hierlm. Fecitq; malū in oclis dñi  
dei sui: nec erubuit faciem hieremie p̄phete  
loquentis ad se et ex ore dñi. A rege q̄s Ma-  
buchodonosor recessit qui adiurauerat cum  
p̄ deum: et indurauit ceruicem suam et cor ut  
nō reuereret ad dñm deum isrl. Sed et vni-  
uersi p̄ncipes sacerdotū et p̄ls p̄uaricati sunt

inique fūcta vniuersas abominationēs gentiū  
et polluerūt domū domi quā sanctificauerat  
sibi in hierlm. Sittebat aut̄ dñs de⁹ patru⁹  
suo: ad illos p̄ manū nunciorū suorū deno-  
cte cōsurgens et quotidie commonens: eo q̄  
parceret p̄lio et habitaculo suo. Atilli subsan-  
tabant nuncios dei: et paruipendebat f̄mo-  
nes ei⁹: illudebātq; p̄phetis: donec ascende-  
ret furoz dñi in populum eius et esset nulla cu-  
ratio. Adduxit eñ sup eos regē chaldeorum  
et interfecit iuuenes eoz gladio in domo san-  
ctuarij. Nō est misertus adolescētis et ygis et  
senis nec decrepiti quidez sed oēs tradidit in  
manus eius: vniuersaq; yasa dom⁹ dñi tā ma-  
iora q̄ minora et thesauros tēpli et regis et p̄n-  
cipum trāstulit in babylonē. Incēderūt ho-  
stes domū dei: destruxeruntq; murū hierlm  
Unūs turres combusserūt: et q̄cqd precio-  
sum fuerat demoliti sunt. Siq; cuaserat gla-  
diū: duct⁹ in babylonē fuiuit regi et fili⁹ ei⁹  
donec imparet rex psarū: et cōpleret f̄mo do-  
mini ex ore hieremie et celebraret terra sabba-  
ta sua. Lūctis em̄ dieb⁹ desolationis egit sab-  
batū: vscq; dū complerent septuaginta anni.  
Anno aut̄ p̄mo cyri regis psarū ad explendū  
f̄monem dñi quem locut⁹ fuerat p̄ os hie-  
mie: suscitauit dñs sp̄m cyri regis persarum:  
q̄ iussit p̄dicari in vniūlo regno suo etiam per  
scripturā dicens. Hec dicit cyrus rex psarū  
Omnia regna terre dedit mihi vt edificare ei domum in  
hierlm que est in iudea. Quis ex vobis est in  
omni populo eius: Sit dñs deus suus cū eo.  
et ascendat.

Explicit lib̄ Babreiamin siue Paralipomenon secūd⁹. Incipit oratio manasses regis  
iuda cū capt⁹ tenere in babylone. XXXVII

**O**mīne deus om̄nipotens patr̄  
nostrov̄ abraam ysaac et iacob  
et semini eoz iusto q̄ fecisti celū  
et terrā cū om̄i ornatū eoz: q̄ si-  
gnasti mare ybo p̄ceptit u: qui  
conclusisti abyssum et signasti terribili et lau-  
dabili nomi tuo: quē oēs pauent et tremunt a  
vultu yutis tue: et insistentabil̄ ira sup pec-  
catores cōminatōis tue: immēla x̄o et uesti-  
gabilis misericordia p̄missionis tue: qm̄ tu es  
dñs altissim⁹ sup oēm terrā lōganis et mul-  
tum misericors et penitēs sup maliciā hominū  
**T**u aut̄ dñe f̄m bonitatē tuā p̄misisti p̄niam  
remissionis peccatorū: et tu de⁹ iustorū nō po-  
suisti penitentiā iustis: abraam ysaac et iacob  
bis q̄ tibi nō peccauerūt: qm̄ peccauit sup nu-  
merū arene maris: mltiplicate sunt iniqtates  
mee: incuruat⁹ sum mltō vinculo ferri: et non  
est respiratio mihi: q̄ excitaui iracūdā tuaz